

Gen. 17.1. ad Abrahamum dicens: Ego Deus Omnipotens: Et, ad Mosen: Apparui Abraham, Isaac,
Jacob בָּנָיו שְׁנִי in Deo omnipotente.

Ierem. 32. 54 Angelus de Cælo Gabriel, & propheta Ieremias, Coram Deo nihil planè esse impossibile est.
Luc. 1, 37. Zach. 8, 6. Eph. 3, 20. Marc. 10. nunciant: & quod coram oculis nostris videtur
impossibile, id in Dei oculis possibile esse testantur,
27. adeò ut cumulatè facere possit ultra omne, quod vel petimus, vel cogitamus: Quia de causa Christus ipse, apud Deum omnia esse possibilia, distet fatetur &c.

55. Objiciunt impij, qui in corde suo dicunt, non est Deus, Deum non posse mentiri, factum infectum reddere, peccare &c: Ergo. Sed non animadvertiscunt excacati isti homines, isthac perpetrare posse, non perfectionis & potentiae, sed imperfectionis & infirmitatis esse τεκμήριον: & hæc Deus facere si posset, minime ipsum fore omnipotentem.

Aug. cōtra Faustum lib. 5. de civir. Dei c. 10. 56. Quisquis enim, uti præclarè D. Augustinus disputat, ita colligit: Si Deus est omnipotens, faciat, ut quæ facta sunt, facta non fuerint: non videt, se hoc dicere: Si Deus est omnipotens, faciat, ut ea quæ vera sunt, eo ipso, quod vera sunt, falsa sint. Et alibi: Ideo Deus quædam non potest, Quia est omnipotens: Illa si posset, foret impotens.

57. De ineffabili Dei sapientia, quâ non modo ipse καὶ σοίαν, est sapientissimus, vel ipsa potius